

NOBILI ADOLESCENTI,  
IOHAN. CAROLO RECHLIN-  
gero, VVolfgangi F. patricio Augustano,  
Georgius Henisch D. Sal.

**N**Vlla est artium liberalium,  
ornatiss. Ioh. Carole, præ-  
ter Arithmeticam , quam  
plures laudent, quæq; mi-  
nus inuidiam subeat. Nu-  
meratio enim, quam hæc ars docet, habet  
& initium à notitijs homini in Paradiso  
insitis: & usum illius necessarium quoti-  
diana experientia demonstrat. Πᾶν γὰρ ἐμ-  
φυτὸν εἰς φιλεῖ, ut πᾶν σωτήρα φέν γλυκὺ:  
& nemo sanæ mentis, id quod publicè &  
priuatim prodest, odiisse potest. Non par-  
uam igitur laudem merentur illi, qui hanc  
sapientiæ humanæ partem scriptis suis ex-  
coluerunt, & nunc quoq;, quod præter-  
missum esse uidetur ab alijs, excolunt, & in  
publicum proferunt. Est verò inter cæte-  
ras huius artis partes prima & præcipua,  
modus numerationis multiplex , quem  
alij vel sicco pede transeunt, vel satis ple-

A 2 ne,